Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad
me. Ecce enim ut vox facta est salutationis tue
in auribus meis. exultavit infans in gaudio in utero
meo. Et beata que credidit. quoniam perficientur ea que dicta sunt
ei a domino Et ait maria. Magnificat anima mea
dominum. et exultavit spiritus meus. in deo salutari meo.
In diebus illis. Clamabunt Sabbo I. esaye prophete
filii israel ad dominum a facie tribulantis. et mittet eis
saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscet dominus ab egipto. et agnoscent egiptii dominum
in die illa et colent eum in hostiis et muneribus. et vota
vouebunt domino et solvent Et percutiet dominus egiptum plaga et sanabit eam. et revertentur ad dominum. et
placabitur eis. et sanabit eos dominus deus noster. Eo
Hec dicit dominus Letabitur esaye prophete
deserta et invia. et exultabit solitudo et
florebit qui lilium Germinans germinabit. et exul
tabit letabunda et laudans. Gloria libani data est ei
decor carmeli et saron. ipsi videbunt gloriam domini. et decorem
dei nostri. Confortate manus dissolutas. et genua debi
lia roborate Dicite pusillanimis confortamini et
nolite timere Ecce deus noster ultionem adducet retribuo
nis. deus ipse veniet et saluabit nos Tunc aperientur
oculi cecorum. et aures surdorum patebunt Tunc saliet